

OLC Chapter Thirteen Vocabulary – TPRS Story

Polyphemus est Cyclops. Polyphemus est monstrum, et Polyphemus non est pulcher, quod monstra non habent formam! Polyphemus in spelunca vivit. Spelunca Polyphemi est inter arbores. Polyphemus speluncam amat. Polyphemus lucem in spelunca amat. Polyphemus arbores amat. Polyphemus amat sonum aurae per arbores. Polyphemus laetus est!

Sed, nulli viri colunt Polyphemum. Nemo vivit ubi sunt prope Polyphemum, quod Polyphemus est monstrum! Uno die, Odysseus ambulat per arbores et invenit speluncam Polyphemi. Polyphemus non est in spelunca. Nemo est in spelunca. Mox, Odysseus audit sonum vocis Polyphemi. Vox Polyphemi est magnus, quod Polyphemus est monstrum. Polyphemus videt Odysseum et cupit Odysseum necare. Sed, Odysseus dat vinum Polyphemo. Polyphemus dormit.

Odysseus et amici non cupiunt sonum facere et excitare Polyphemum. Si Odysseus et amici sonum faciunt et excitant Polyphemum, Polyphemus eos necabit. Odysseus et amici baculam tenent. Ambulant ad oculum Polyphemi. Non cupiunt excitare Polyphemum. Perfodunt oculum Polyphemi bacula. Polyphemus evigilat. Polyphemus dicit, “Evigilo! Non habeo oculum! Invideo Odysseo et amicis quod habent oculos! Non habeo oculum! Invideo! Non video meam speluncam! Non video lucem! Non video arbores! Invideo!”

Odysseus et amici clamant, “Cupimus vivere, Polypheme! Cupimus vivere! Es monstrum! Non habes formam! Nulli populi te colunt! Nulli populi te amant! Eximus speluncam! Vale!”. Polyphemus non videt viros, sed audit voces. Polyphemus clamat, “Nemo vivet! Nemo!” Polyphemus virum tenet et virum edit.

italicized = prop; underlined = perform action

<u>Key Vocab</u>	<u>Action</u>	<u>Props</u>
evigilo	stretch	
excito	attempt to shake someone	
invideo	lip out in a pout	
teneo	grasp fist	
colo	worship motion	<i>temple</i>
vivo	thumbs up sign	
nullus	shake head	<i>hold up empty hand</i>
aura	blow	
forma	hourglass motion	<i>Barbie doll</i>
sonus	cup ear	<i>bell</i>
arbor	look up	<i>pic of tree / leaf</i>
lux	shield eyes	<i>lightbulb</i>
vox	point to open mouth	
nemo		